

latum. Ceperunt autem illum accusare.
dicentes. Hunc inuenimus subuertentem
gentem nostram: et prohibentem tributa
dari cesari. et dicentem se xpm regem ee.
Pilatus autem interrogauit eum dicens. †
Tu es rex iudeorum? At ille respondens
ait. Tu dicis. Ait autem pilatus ad prin
cipes sacerdotum et turbas. Nihil inuenio
cause in hoc homine. At illi inualescebant
dicentes. Commouit populum docens p
uniuersam iudeam: et incipiens a galilea
usque huc. Pilatus autem audiens galile
am: interrogauit si homo galileus esset †
Et ut cognouit qd de herodis potestate ee:
remisit eum ad herodem: qui et ipse hiero
solimis erat illis diebus. Herodes autem
uiso iesu: gauisus est ualde. Erat enim ex
multo tempore cupiens uidere eum. et
multa audiret de illo: et sperabat signum